

**ARCHIVIO GENERALIZIO - Sezione Storica**

---

Chierici Regolari Somaschi

n. PEB 1004

---

---

Jisewijn

---

Lotario, 16 giugno 1971



SEMINARIUM PHILOLOGIAE  
HUMANISTICAE  
LEOPOLDSTRAAT 122  
B-3000 LEUVEN (BELGIE)

Lovanii, die 16a Iunii 1971.

Iosephus IJsewijn Ioanni B. Pigato suo S.P.D.

Valde gavisus sum nuntio accepto, quo te Lovanium venturum esse significasti. Optime! Optime! Multos heic videbis amicos, alios cognosces et amabis. Ex animo etiam speramus ut Olynthius Pasqualettius una tecum iter faciat.

Cubiculum tibi paratum erit in collegio Hadriani VI P.M., ubi modesto pretio commode habitabis "amicus inter amicos". Nunties mihi velim quo die Lovanium adventurus sis, utrum Dominica die (quod praestat, si ab initio conventui interesse cupis) an Lunae die, item quando abiturus, vespere Saturnio an mane Dominico.

Si alios cives Italicos novisti, qui ad congressum venire cupiant, dic eis mihi quantocius scribant.

Placuit carmen tuum novissimum, quod mihi ante paucos menses misisti. Nescio num tibi gratias egerim. Fieri potest ut mente id exciderit. Nam hoc anno saepius peregrinatus sum quodque supererat temporis in conventum parandum insumpsi. Vale! Salutet te uxor (quae libenter te excipiet), salutent liberi.

Tuus

P.S. Si non recusar praesidem esse alicuius conventus a croaseos, curabo ut esse possis!